# ARTICULUS LX. STATUTORUM

## FACULTATIS MEDICINÆ PARISIENSIS,

Supremi Senatûs authoritate confirmatorum,

*Quem D. D. Professores se executuros esse juraverunt eo ipso die quo Electi sunt Professores.*

OMNES & singuli Professores omnibus & singulis Hebdomadæ diebus legant per horam ad minùs, exceptis diebus Feriatis & Vacationum tempore:

Feriatos autem dies non alios in posterùm agnoscit Facultas, quàm eos qui ab Ecclesiâ divino cultui publicè dicati sunt:

Tum pervigilia Solemnitatum Paschatis,
Pentecostes,
& Christi Natalium;

Tum diem Jovis cujusque hebdomadæ:

Tum eos dies, quibus à Rectore & Academiâ Supplicationes ordinariæ vel extraordinariæ fiunt:

Atque etiam Festum S. Nicolai, mense Maïo,
S. Lucæ, mense Octobris,
S. Catharinæ, mense Novembris,
S. Nicolai, mense Decembris;

Cæteri, pro Feriatis antehàc habiti, dies ordinariis Professorum Lectionibus impendantur.